

mavis, egredere cum importuna sceleratorum manu. Confer te ad Manlium, concita perditos cives, secerne te a bonis, infer patriae bellum, ⁵exsulta impio latrocinio, ut a me non ejectus ad alienos, sed invitatus ad tuos ⁶esse videaris. / 24. ¹Quamquam quid ego te ²invitem, a quo jam sciam esse praemissos, ³qui tibi ad Forum Aurelium praestolarentur armati? Cui sciam ⁴pactam et constitutam cum Manlio diem. A quo etiam ⁵aquilam illam argenteam, quam tibi ac tuis omnibus perniciosam esse ⁶confido ac funestam futuram, ⁷cui domi tuae sacrarium scelerum tuorum constitutum fuit, sciam esse praemissam? ⁸Tu ut ⁹illa diutius ¹⁰carere possis, quam venerari ad caedem proficisens solebas, a cujus ¹¹altaribus saepe istam impiam dexteram ad necem civium transtulisti. X.

X.—25. Ibis tandem aliquando, quo te jam pridem ista ¹cupiditas effrenata ac furiosa rapiebat. Neque enim tibi haec res ²adfert dolorem, sed ³quandam incredibilem voluptatem. ⁴Ad hanc te amentiam natura ⁵peperit, voluntas exercuit, fortuna servavit. Nunquam tu ⁶non modo ⁷otium, sed ne bellum quidem, nisi ⁸nefarium concupisti. ⁹Nactus es ex perditis atque ab omni non modo fortuna, verum etiam spe derelictis ¹⁰conflatam, improborum manum. 26. ¹Hic tu qua laetitia perfrue! quibus gaudiis exsultabis! quanta in voluptate ²bacchabere, cum in tanto numero tuorum neque audies virum bonum quemquam neque videbis. ³Ad hujus vitae studium meditati illi sunt, qui feruntur, labores tui, (⁴jacere humi, non solum ⁵ad obsidendum stuprum, verum etiam ⁶ad facinus obeundum, vigilare non solum insidiantem somno maritorum, verum etiam bonis otiosorum) / ⁷Habes, ubi ostentes, illam tuam praeclaram patientiam famis, frigoris, inopiae ⁸omnium, ⁹quibus te brevi tempore confectum senties. 27. ¹Tantum profeci tum, ²cum te a consulatione reppuli, ut ³exsul potius tentare quam consul vexare